

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens De Philosophia Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Index Librorvm qui Volumine continentur.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770549)

I N D E X
L I B R O R V M
Qui hoc Volumine continentur.



<i>Academicarum quaestionum, editionis primae liber II. qui inscribitur Lucullus</i>	1
<i>Academicarum quaestionum, editionis secundae liber I.</i>	33
<i>De Finibus Lib.</i> {	45
I.	57
II.	79
III.	93
IV.	108
V.	
<i>Tusculanarum disputationum Lib.</i> {	129
I.	170
II.	185
III.	213
IV.	240
V.	



I N D E X
L I B R O R V M
Quibus Volumines continentur



1		
11		
17		
29		
33		
108		
120		
170		
182		
213		
240		

De Finibus Lib. I. II. III. IV. V.

Institutionum Lib. I. II. III. IV. V.





I N
M . TVLLII . CICERONIS

ACADEMICARVM . QVAESTIONVM

EDITIONIS . PRIMAE

LIBRVM . II.

QVI . INSCRIBITVR
LVCVLLVS

Commentarius Aldi Mannuccij

CICERO



MAGNUM ingenium L. Luculli, magnumq. optimarum artium Studium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta doctrina, quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino reb. urbanis, ut enim admodum adolescens cura fratre, pari pietate, & industria praedito, paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus; in Asiam quaestor profectus; ibi per multos annos admirabili quadam laude provinciae praefuit. deinde, absens factus aedilis, continuo praetor, (licebat enim celerius legis praemio) post in Africam, inde ad consulatum: quem ita gessit, ut diligentia admirarentur omnes, ingenium agnoscerent. post ad Mithridaticum bellum missus a senatu, non modo opinionem uicit omnium, quae de uirtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum, idq. eo fuit mirabilis, quod

ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quaesturae diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Asiae pace consumpserat. sed incredibilis quaedam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem usus disciplina. itaque, cum totum iter, & nauigationem consumpsisset partim in percunctando a peritis, partim rebus gestis legendis, in Asiam factus imperator uenit, cum esset Roma profectus rei militaris rudis. habuit enim diuinam quandam memoriam rerum, uerborum maiorem Hortensius, sed, quo plus in negotijs gerendis res, quam uerba, profunt; hoc erat memoria illa praestantior: qua fuisse in Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus, singularem serunt, qui quidem etiam pollicenti cuidam, se artem ei memoriae, quae tum primum proferbatur, traditurum, respondisse dicitur, obliuisci, se malle discere; credo, quod haerebant in memoria, quaecumque audierat, aut uiderat.

EXPLANATIO



ACADEMICARVM Quaestionum } Prior liber, Catulus, inscriptus erat, ad Att. & Quintil. lib. III. cap. 8. LVCVLLVS. } Plut. in Lucullo, in extremo. CVM fratre, } M. Lucullo, Plutarchus. ABSENS factus aedilis, continuo praetor, (licebat enim celerius legis praemio) } Aedilitatem praetura biennio post consequebatur: quod saepe iam, & opinor, primi olim docuimus. Lucullus autem, Sullanarum partium adiutor, cum aedilis fuisset, continuo praetor factus est, beneficio legis, ut opinor, a Sulla dictatore latae, ut iis, qui partes eius in civili bello secuti essent, honores ante tempus capere liceret. nam apud Appianum lib. I. scriptum est, lege Sullae cautum, ne quis, omissa praetura, consul fieri posset. quod Cicero etiam significat xi. in Antonium, his uerbis: Vopiscus ex aedilitate consulatum petit: soluatur legibus. Verisimile autem additum in ea lege de magistratuum intervallo, sed exceptos esse eos, quorum opera in bello usus esset. itaque praemium legis hic appellat Cicero. Quod autem ait, Licebat, non ideo abrogatam postea legem Sullae significat, (nam, eam

A ualere,